

Christian Ohm Everhard Nigerdinus

Disputatio Tertia De Petitione Hereditatis

Rostochii: Pedanus, 1612

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730621138>

Druck Freier  Zugang



Ch. Ohm (E. Nigardinas) ^{Vert.} 1e
R. U im 1612.

12
DISPUTATIO TERTIA
DE
PETITIONE HE-
REDITATIS, *Everhardus nigerdinus*

Quam
Duce & auspice Christo

Consensu & autoritate amplissimi Ictorum ordinis in cel. berrimâ

Rostochiensium Academiâ

PRÆSIDE

Viro Clarissimo & Consultissimo

DN. CHRISTIANO O S M
J. U. D.

Publicè habebit

EVERHARDVS NIGERDINVS

Osnabr. Westph.


In Auditorio majori ad diem 14. Martij.



ROSTOCHII
Typis Joachimi Pedani.
Anno clb lbc XII.



T H E S I S I.



Ost petitionem hereditatis ex causa inoffi-
ciosi testamenti, proximum nunc est, ut de
petitione hereditatis, quæ ex alijs causis da-
tur, videamus. *Cujac. in par. ff. de inoffic. test.*
Et in par. ff. h. t.

II.

Ea est vindicatio, qua successor res à defuncto relictas
ab eo, qui pro herede vel possessore possidet, persequitur.
l. 25. §. 18. l. 19. l. 9. ff. h. t.

III.

Estque vel directa, vel utilis. Hæc competit adversus
eum, qui à possessore rem habet, *l. 13. §. 4. Et seqq. ff. h. t.*
Illa adversus eum, qui pro herede aut possessore possidet.
l. 9. ff. h. t. Et ibi Wes. in par. n. 7.

IV.

Deinde est vel civilis, quæ heredibus, vel Prætoria, quæ
bonorum possessoribus, exceptis Carbonianis, vel Fidei-
commiffaria, quæ fideicommissarijs universalibus, quibus
ex Scto Trebelliano restituta est hereditas, competit. *l. 1.*
Et 2. ff. de poss. her. pet. l. 2. ff. de fideicom. her. pet. Et ibi Cujac.
Et Wes. in parat.

V.

Datur petitio hereditatis ei, ad quem successio jure ve-
teri, vel novo pertinet. Veteri ex testamento, vel ab inte-
stato: Novo ex Sctis, aut ex constitutionibus. *l. 1. 2. 3. ff. h. t.*

VI.

Nec inter est, utrum suo nomine an alieno ad heredi-
tatem defuncti admitti quis cupiat; Nam & heredi heredis
conceditur. *d. l. 2. Et 3. h. t.*

VII.

Planè quicumq; se heredes esse intendunt, hac actio-
ne agere possunt: etiam filius contra patrem de successione
materna. *l. fin. ff. h. t. Wes. in par. eod. n. 8.*

VIII.

Quod si heres institutus ex testamento hereditatem petierit, quod ob aliquam causam irritum factum est; eandem ab intestato petere non prohibetur, modo vires testamenti ignoraverit. *l. 8. ff. h. t.*

IX.

Si vero legatum percepit ex testamento; hereditatem petens, id restituet, vel officio judicis deduci patietur. *l. 44. ff. h. t.*

X.

Pluribus hac actione agentibus, si unus eorum prior ad sententiam perveniat, in executione se mutuo impedire nequeunt, modo possessori ab eo, qui primo obtinuit, cautio præstita fuerit. *l. 57. ff. h. t.*

XI.

Hereditas vel tota, vel pars ejus, etiam minima peti potest: Cum non ex re, quæ petitur, neq; ex quantitate debita, sed ex causa jus actoris æstimetur. *l. 1. §. 1. ff. de pars her. pet. l. 10. ff. h. t.*

XII.

Itaq; qui ex asse, vel ex parte heres est, intendit quidem hereditatem suam esse totam vel pro parte; sed hoc solum ei officio judicis restituitur, quod adversarius possidet, aut totum, si ex asse sit heres, aut pro parte ex qua est heres. *d. l. 10. §. 1. h. t.*

XIII.

Competit hæc actio adversus eos, qui pro herede aut pro possessore jus aut rem hereditariam possident. *l. 9. ff. h. t.*

XIV.

Pro herede possidet, qui putat se heredem esse, vel qui scit se heredem non esse, sub aliquo tamen prætextu se heredem contendit. *l. 11. ff. h. t.*

Pro pos.

XV.

Pro possessore possidet fur & prædo, qui interrogatus cur possideat, responsum sit, quia possideo; nec contendit se heredem vel per mendacium, nec ullam causam possessionis possit dicere. *l. 11. §. 1. l. 12. cum seq. h. t.*

XVI.

Quin & adversus dolo malo possidere desinentem petitio hereditatis locum habet. Sed si alius nactus possessionem, quam ego dolo malo amiseram, paratus sit iudicium pari, Marcellus tractat, num forte evanescit adversus eum, qui desijt possidere, litis æstimatio: & magis evanescere ait, nisi petentis intereat, *l. 13. §. pen. ff. h. t.*

XVII.

Certè si rem paratus sit restituere, indubitatum erit evanescere. Sed si is, qui dolo desijt, antè conveniatur, cum qui possidet, non liberabit. *d. l. 13. §. pen.*

XVIII.

Sive autem dolo desierit quis possidere, sive dolo noluerit possessionem admittere, cum potuisset, perinde hac actione tenetur. *l. 25. §. 8. ff. h. t.*

XIX.

Contra titulo possidentem hæc actio non competit, nisi sit in mala fide: Hinc qui hereditatem integram post motam controversiã sciens emit, utili tenetur. *l. 13. §. 8. ff. h. t.*

XX.

Præterea adversus debitores hereditatis, quasi juris possessores datur, si videlicet respectu illius debiti se heredes esse contendunt. *d. l. 13. §. ult. l. 42. ff. h. t.*

XXI.

Sed utrum ex delicto, an ex contractu debitor sit nihil refert. Debitor hereditarius is quoq; intelligitur, qui servo hereditario promisit, vel qui ante aditam hereditatem damnum dedit, vel aliquam rem hereditariam subriperit. *l. 14. cum l. seq. ff. h. t.*

XXII.

Sed & is qui pretia rerum hereditariarum possidet: & qui à debitore hereditario exegit, petitione hereditatis tenetur. *l. 16. §. 1. ff. h. t.*

XXIII.

Is qui se liti obtulit, cum rem non possideret, condemnari potest, nisi evidentissimis probationibus possit ostendere, actorem ab initio litis scire, cum non possidere. *l. 45. ff. h. t.*

XXIV.

Deniq; adversus heredes eorum, qui pro herede aut possessore possederunt, etiam si ignorent pro herede & pro possessore defunctos possedisse, hæc actio datur. *l. 13. §. 3. §. 11. ff. h. t.*

XXV.

Nunc videamus, quæ veniant in hereditatis petitionem: Et placuit universas res hereditarias in hoc iudicium venire, sive jura sive corpora sint. *l. 18. §. 2. ff. h. t.*

XXVI.

Feudum quoq; in hanc actionem venit, à quocunq; instituat, sive à filio sive agnato, & sic extraneo herede. *Schne. ad §. actionum. sub. rub. de petit. heredit. n. 54. vers. est ergo.*

XXVII.

Servitutes tamen in restitutionem hereditatis non venire Paulus tradit. Cum nihil eo nomine possit restitui, sicut est in corporibus & fructibus, sed si non patiat, ire & agere, propria actione convenitur. *l. 19. §. 3. ff. h. t.*

XXVIII.

Et non tantum hereditaria corpora in hanc actionem veniunt, sed & quæ non sunt hereditaria, quorum tamen periculum ad heredem pertinet: ut res pignori datæ defuncto, vel commodatæ, depositæve. *d. l. 19.*

XXIX.

Item non solum ea quæ mortis tempore fuerunt, sed si qua postea augmenta hereditati accesserunt, veniunt. Nam heredi-

hereditas & augmentum recipit & diminutionem. Sed ea
quæ post aditam hereditatem accedunt, siquidem ex ipsa
hereditate, Ulpianus putat hereditati accedere: si extrinse-
cus, non: quia personæ possessoris accedunt. *l. 20 §. 3 ff. h. t.*

XXX.

Fructus autem omnes augent hereditatem, siue ante
aditam siue post aditam hereditatem accesserint. Sed & par-
tus ancillarum sine dubio augent hereditatem *d. l. 20. §. 3.*

XXXI.

Porro bonæ fidei possessor, res hereditarias distra-
hens, pretio nondum exacto actiones præstat. Alias rem
ipsam cum omni lucro ex venditione percepto præstare
debet. *l. 20. §. 17. l. 22. in fin. ff. h. t.*

XXXII.

In malæ fidei autem possessore, si res & pretium exte-
ritoris est electio. Si res recuperari nequeat, extet
tamen, petitori ad pretium, non quanti vendidit, sed quan-
ti in litem juratum est, tenetur. At ubi deperdita est, vel de-
minuta, verum pretiū debet præstari. *d. l. 22. l. 20. §. ult ff. h. t.*

XXXIII.

Quod si possessor sumptum fecit, nihil autem fru-
ctuum perceperit, æquissimum erit horum quoq; ratio-
nem in bonæ f. possessoribus haberi, etiam re, in quam
sumptus facti sunt, non extante: Cum malæ f. possessor
non aliter sumptus reputet, quam si res extet. *l. 37. cum
seq. ff. h. t.*

XXXIV.

Et quidem necessarias vel utiles impensas tam bonæ
quam malæ f. possessor opposita exceptione doli, vel per
officium iudicis reputat. *l. 38. & ibi Cujac. ff. h. t.*

XXXV.

Voluptuarias impensas malæ f. possessor non reputat,
sed eas tollere ipsi permittitur, quæ sine detrimento ipsius
rei tolli possunt. *l. 39. §. fin. ff. h. t.*

Planè

XXXVI.

Planè si quid possessor solvit creditoribus, reputabitur
quanquam ipso jure non liberaverit petitorum hereditatis.
Nam quod quis suo nomine solvit, non debitoris, debito-
rem non liberat. *l. 31. ff. h. t.*

XXXVII.

Et ideo bonæ. possessor, si non hereditario, sed suo
nomine solvit, conditionem indebiti nulla cautione præ-
stita cedere debet. Malæ verò fidei possessor non aliter
repetit, quam si caveat petitorum adversus creditores de-
fensum iri. *d. l. 31. in pr. ff. l. 5. C. h. t.*

XXXIIX.

Finis & effectus petitionis hereditatis est, ut actor pro-
bata intentione heres declaretur, & officio judicis restitu-
tio decernatur. *Vvesenb. in par. ff. h. t. n. 13.*

XXXIX.

Deniq; proponi hæc actio debet, ubi possessor domici-
lium habet, vel ubi sunt res hereditariæ, de quibus agitur, si
ibi reperiatur possessor. *l. unic. C. ubi de hered. agat.*

COROLLARIA.

I.

Mulieris privilegium hoc, ut creditoribus etiam anterioribus præferatur,
an transeat in liberos? *N.*

II.

Fidejussor an ex post facto à creditore sibi cedi actiones petere possit?
Negat.


III.


Missus in possessionem ex secundo decreto, an statim fiat dominus? *Neg.*

IV.

Homicidium commissum ab ebrío an poenâ ordinariâ L. Cornelia punien-
dum sit? Distinguant Dd. inter homicidam ebríum & ebríosum. an v. re di-
scutendo investigabimus.

•••••





the scale towards document

mentum recipit & diminutionem. Sed ea hereditatem accedunt, siquidem ex ipsa quis putat hereditati accedere: si extrinsecus possessionis accedunt. *l. 20 §. 3 ff. h. t.*

XXX.

omnes augent hereditatem, siue antequam hereditatem accesserint. Sed & parte dubio augent hereditatem *d. l. 20. §. 3.*

XXXI.

fidei possessor, res hereditarias distraxerit, exacto actiones praestat. Alias rem in lucro ex venditione percepto praestare debet. *l. 22, in fin. ff. h. t.*

XXXII.

si autem possessore, si res & pretium extiterit. Si res recuperari nequeat, extetur pretium, non quanti vendidit, sed quantum est, tenetur. At ubi deperdita est, vel detrimens debet praestari. *d. l. 22. l. 20. §. ult ff. h. t.*

XXXIII.

si possessor sumptum fecit, nihil autem fructuum, aequissimum erit horum quoque ratio inter possessores haberi, etiam re, in quam non extante: Cum malef. possessoris tantus reputet, quam si res extet. *l. 37. cum*

XXXIV.

si necessarias vel utiles impensas tam bonae quam malef. possessor opposita exceptione doli, vel per se reputat. *l. 38. & ibi Cujac. ff. h. t.*

XXXV.

si impensas malef. possessor non reputat, si permittitur, quae sine detrimento ipsius possessoris. *l. 39. §. fin. ff. h. t.*

Planè

076

Image Engineering Scan Reference Chart TE263 Serial No.